

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Urkunden und Akten der Stadt Strassburg**

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

**Wiegand, Wilhelm**

**Straßburg, 1879**

1216 - 1217

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

eorum expensis deduci ibidemque nostro procuratori facient presentari. quodsi in  
 via idem vinum fuerit ablatum, in nos dampnum redundabit. hec autem concessio  
 tam diu robor obtinebit, quam diu ab illis eorumque heredibus pretaxata pensio  
 nobis fideliter exsolvetur, qua neglecta totalis decima ad nos libere revertetur. ne  
 5 autem hoc factum ex diuturnitate temporis dispendium oblivionis incurrat, presentem  
 inde paginam conscribi dominique nostri H[einrici] Argentinensis episcopi ac nostri  
 capituli sigillis appositis fecimus communiri, his testibus: Gotefrido et Humberto  
 Cidelariis, Alberto Kagone, Hugone fratre decani, Conrado Vitulo, Sifrido ministro  
 dominorum, Herbone Rufo, Walthero notario. anno dominice incarnationis 1216,  
 10 indictione 4.

*B aus Straßb. Bez.-A. G fasc. 2699 or. mb. c. 2 sig. pend. laesis.*

*Gedruckt aus dem lib. sal. 1347 bei Würdtwein Nova subs. dipl. X, 290 nr. 112.*

166. *In einer Urkunde Bischof Heinrichs von Straßburg für Ruffach unter  
 den Zeugen: Reinhardus prepositus, Eberhardus decanus, Fridericus cantor, Marcus  
 15 scolasticus, Berhtoldus camerarius, Oulricus dapifer majoris ecclesie, Rudolfus pre-  
 positus sancti Thome et Heinricus vicedominus et Heinricus scolasticus et Wern-  
 herus pincerna ejusdem ecclesie et Eberhardus prepositus sancti Petri, Reinboldus  
 decanus, Bruno custos, Cûnradus portarius ecclesie predicte, Wernherus marscalcus,  
 Diethericus buregravius et Eberhardus et Walterus filii Walteri, Albertus Begero,  
 20 Diethericus Stehelinus et fratres ejus. acta sunt hec anno dominice incarnationis  
 1216, indictione 4, regnante domino Friderico Romanorum rege gloriosissimo et  
 rege Sicilię. 1216.*

*B aus Straßb. Bez.-A. G fasc. 2699 or. mb. c. 2 sig. pend.*

*Gedruckt aus dem lib. sal. 1347 bei Würdtwein Nova subs. dipl. X, 288 nr. 111.*

25 167. *Das Capitel von St. Thomas zu Straßburg beurkundet, daß ihm Heinrich,  
 königlicher Protonotar in Sicilien, sein Allod zu Hausbergen bedingungsweise  
 geschenkt habe. 1217.*

Universis presentem paginam inspecturis prepositus, decanus et totum capitulum  
 ecclesie sancti Thome in Argentina salutem in eo, qui est vera salus. per pre-  
 30 sens scriptum notum facimus et profitemur tam presentibus quam futuris, quod  
 Heinricus regius in regno Sycilie prothonotarius<sup>1</sup> tradidit allodium suum in Hugis-  
 pergen cum omni jure et pertinentiis suis beato apostolo Thome et venerabili  
 conventui ipsius perpetuo utendum et possidendum pro remedio anime sue et  
 animarum patris, matris et omnium parentum suorum et cunctorum fidelium defunc-  
 35 torum sub tali tamen conditione, quod, si ipse in itinere illo, in cujus tunc pro-  
 cinctu erat, vitam finiret, hoc donum suum ratum et inviolabile permaneret, si vero

<sup>1</sup> Wohl Heinrich von Tanne (Tannegg bei Bonndorf im Schwarzwald), der von 1217 Mai 25 bis  
 1230 August 13 als kaiserlicher Protonotar erscheint und 1248 als Bischof von Constanz starb. Cfr.  
 Huillard-Bréholles Hist. dipl. Frider. sec. I introd. p. 125.